2141

Bereznicki Consorti suæ Reformat

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premyslien[sibus] Nobilis Stephanus Berezni cki Eustachiowicz sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis pro- priis et competentibus recedendo. Præsenti vero Castren[si] Capi tan[eali] Premyslien[si] Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis qualiter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq[ue] subijciendo palam libere pu- blice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Ma rinæ Iaworska olim Nobilis Marci Iaworski cum Nobili Anna Terlecka procreatæ filiæ Sui vero Recognoscentis Consorti lectissimæ eiusq[ue] posteris summam Ducentorum Floreno rum Polonicalium ratione dotis et expeditionis post ipsam acceptæ, et in domum suam importatæ nec non et aliam simi lem summam Ducentorum Florenorum Polonicalium ratione certi veri iusti, et liquidi dotalitij in et super tota et inte gra medietate bonorum suorum generaliter omnium, here- ditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, summa rumq[ue] quarumuis pecuniariarum nec non auri, argenti, cleno diorum, vnionum, margaretarum, vestium, vestimentorum stanni, æris, cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum, equi rei ac totius supellectilis domesticæ, nunc habitæ et post habendæ dedit, dotauit, dotalitiauit, inscripsit et refor mauit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat.

Extradita est Lectum

2015

praesentibus. Per ipsam Nobilem Marinam Saworska sui Recognoscentis Consortem Ultimam et ejusius posteros eandem Haereditatem bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsius utilitatibus et usufructibus competentiaq. et praerogatiua quauis tenendi habendi et possidendi illaq. quiete et pacifice uti fruendi, ac ad suos suorumq. successorum quosuis bene placitos usus fructus libere et effectualiter conuertendi, vigore et more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae obseruari solitarum. Nihilominus idem suprascriptus Recognoscens Nobilis Stephanus Berezmicki, se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusuis pecuniariis habitis et habendis, fratribus et Sucessoribus praedictae Consortis suae, aut eorum posteris inscribit, et obligat praesentibus. Suprascriptam Nobilem Marinam Saworska sui Recognoscentis Consortem Ultimam, vel in euentu mortis successores illius ad abrenunciandum per ipsam de bonis Paternis et maternis eandem in vim dotis et expeditionis legitimae concernentium personali sui Recognoscentis ad Acta quauis authentica Regni vim et robur perpetuitatis in se habentia, infra decursum duodecem Septimanarum adducere et personaliter statuere ab eaq. vel aiis Successoribus ut praemissa debite exequantur efficere. Idq. sub vadio summae suprascriptae similiter aliorum videlicet Ducentorum Florenorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem suis illius successoribus, praedictae Consortis

sortis suae fratribus et successoribus, aut eorum posteris ob non statutionem praefatae consortis suae statuendae, vel in eventu mortis successoris illius pro tempore et loco superius expressis adsolvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso adsolvendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda eademque consorte sua non statuta statuenda, sive in eventu mortis successor illius citatus existens memoratus Magnificus Nobilis Stephanus Berezmi..., aut eius posteri ad instantiam suprafatae consortis suae fratrum et successorum, aut eorundem posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, ex tunc vel eo ipso suprascripto, quo ad respondendum specietatur mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, vadium protactum luere, et inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum, militari servitio, ad munimenta ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. A quietatione praeterea ultra proximior Officii praefati

E quoque in persolvenda dotis onus et actio concernit.

2144

ti Castren Capitan Premyslien Terminos dilatorem sibi
non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac earum
prosequutiones faciendo, praemissaq omnia poenis Simpli
cibus vel triplicatis evasionibus Suspensionibus, fatalis
Juris, praescriptione Terrestri, bello conventione, ac alijs
quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugien
do nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti
personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Terlecki in rem Bere znickiego Roborat.

2016 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen
tibus Castren Capitan Premyslien Nobilis Paulus
Terlecki Petrytowicz sanus mente et corpore existens
a Terris, Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibus
vis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Ca
stren Capitan Premyslien Jurisdictioni quo ad actum hunc
attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omni
bus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo pa
lam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse se ac suos successores in et super bonis suis gene
raliter omnibus, summisq quibusvis pecuniarijs habi
tis et habendis, Nobili Stephano Bereznicki et ipsius
Successoribus, inscribit et obligat praesentibus, Scriptum
certum manuale per se Recognoscen, in rem et manus eiusq
Nobilis Stephani Bereznicki et ipsius Successorum,
ratione certarum rerum et conditionum, in eodem scripto
manuali